

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

This transcription of the *Sententiae Bonifatianae Palatinae* from Vatican, Bibliotheca Apostolica Vaticana, Pal.lat. 577, was made for the *Carolingian Canon Law* project, and as such complies with the conventions stipulated by the project's guidelines

(<http://ccl.rch.uky.edu/guidelines/guidelinestr.html>).

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

[f. 1r] [De eo quod laicus uel] adulter [clericus... abstulit ... potestate sacerdotis et pastoris quam ... peccatorum port]et. Sec[undum est capitulum ... anim]ar[um quae in illa ... sine ... defunctae s]unt. Terciu[m capitulum quod ... manus episcopi sine ... animam eius redundat. Q... errore] seducunt po[pulum ... perditionis.] Quintu[m ... siue uiuorum ... peccata redimentes ecclesiam ... erunt de suo.] Sex[tum ...] neccat[or ... pauperum ... et cl]audorum et [omnium miserorum ... uel fame moriuntur ... esse probantur eo quod] ipse retinet sibi [unde ... christi ... debuerunt.] Septi[mum] quod pe[ssimum et orrendum ... quia ipse e]rrore [et cecitate correptus] non [intellegit se reum esse ante conspectum dei damnatum et quamdiu] in hoc peccato [...] Nec [... ælemosin... eius acceptabil... sunt deo nec ...iones pure... {forsan puret ?} coram] deo sed [sicut psalmigraphus dixit] C[um iudicatur exeat] condempnatus [et oratio eius fit in peccatum] {Ps 108, 7} et alibi hostie [impio]rum abhominabiles [q... offeramtur] {sic} ex scele[re] {Pv 21, 27} Et [iterum qu]i dispicit {disspicit *corr.*} legem [dei ... eius erit] execrab[...] {Pv 28, 9} [f. 1v] [et item q... pauperis {Sir 34, 24} ... deus est] ad quem [dicimus P... {Mt 6, 9} mater nostra] ecclesia est quæ nos regenerauit ba[... in] sanguine christi. Propterea quicumque pecuniam eccle[siæ rapuerit] reus erit sanguini christi. Quia ecclesia fabricata est de [sanguine] christi. Et omnis qui ei fraudem fecerit. Ut sanctus hieronimus dixit. sacrilegium facit. quia profanat christi sanguinem et homicida est. Non unius sed multarum animarum quas mater ecclesia [nutri]re in se debuit uel doctri[...]na celesti uel pane terreno; [Et an]te tribunal christi reus esse dinoscitur. Non solum a regno dei separandus. Sed etiam æterna pæna damnandus est. et iuxta dictum pauli apostoli; Qui talia agunt. digni sunt morte. non solum qui faciunt. sed etiam qui consenciunt facientibus. {Rm 1, 32}

Source

BONIFACE Capitula de inuasoribus ecclesiarum

[f. 2r] [... **C...SIS DE LAP...**]

Hieronimus ait qui dignitatem gradus non custodiuit contentus fiat animam saluare reuertere autem in eum gradum an non deus scit nescio;

Source

Coll.Hib.A 11.1.a

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

Agustinus ait. qui sub gradu cecidit post paenitentiam contentus fiat. bapuzare
communionem infirmis dare et altario ministrare

Source *Coll.Hib.A 11.2*

Agustinus ait. nemo peritorum et prudentium putat quod minus sit periculum in uerbis linguae
mentiendo quam manibus sanguinem effundendo.

Source *Coll.Hib.A 21.16*

Item agustinus nemo sobrius contra ueritatem nemo christianus contra fidem. nemo catholicus
contra aecclesiam sentire debet.

Source *Coll.Hib.A 21.17.g*

Item ipse IIII modis peruertitur iudicium hominum id est timore cupiditate odio amore.

Source *Coll.Hib.A 21.13.a*

Leo papa de bapuzandis et consignandis hominibus nulla pretia praefigant nec inlationibus
quibuslibet agitare renascentes sed quod gratis accepistis gratis dare mandamus {Mt 10, 8}

Source *DGEL.492.636, c. 5*

Qui contra suum professionem uel subscriptionem uenerit ipse se honore priuabit.

Source *CCAR.419.13; cf. CCAR.390.13*

Dicta Hieronimi Presbiteri

Dominus in euangelio ait scrutamini scripturas {Io 5, 39} et querite et inuenietis {Mt 7, 7; Lc 11,
9} neglegentibus uero erratis nescientes scripturas neque uirtutem dei {Mt 22, 29} uirtus enim
dei est christus iuxta paulum apostolum eiusque sapientia et ideo qui nescit scripturas nescit
uirtutem dei eius {eiusque *corr.*} sapientiam ignoratio scripturarum ignoratio christi est Unde in
lege domini oportet diebus ac noctibus meditari maxime eos qui gregem domini pascere debent
et aecclesiae praesunt Beatus qui seminat super omnem aquam ubi bos calcat et asinus { Is 32,

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

20} Beatus qui seminat in eloquis sanctarum scripturarum tam ueteris quam noui instrumenti et calcat aquas occidentis litterae ut metat fructum [f. 2v] spiritus uiuificantis bos israhel asinus populus gentilis. Terram uestram deserta ciuitates uestrae igne succense et regionem uestram in conspectu uestro alieni deuorent. et desolabitur sicut in uastitate hostili {Is 1, 7} possunt autem tropologice et de peccatoribus intellegi qui de sanctitate pristina corruerunt postquam contrariis fuerint traditi potestatibus quod omnia eorum bona ueniant ad desertum et proris {prioris *corr.*} iustitiae deus non recordetur et igne diabulum omnia {omni *with macron over mn*} succendant et sint babulum bestiarum de quibus scriptum est ne tradas bestiis animam confitentem. {Ps 73, 19} caupones tui miscent uinum {Is 1, 22} omnis doctor qui austeritatem scripturarum per quam potest audientes corripere uertit ad gratiam et ita loquitur ut non corrigat audientes scripturas uiolat atque corrumpit. suo sensu.

Source

HIER. Commentarii in Isaiam 1.1, 1.5, 1.11, 1.29

Ecce dies ueniunt dicit dominus et mittam famam super terram non famem panis neque sitim atque {*corr. to aque ?*} [sunt] {sed *corr.*} famem audiendi. sermonis dei. {Am 8, 11} Uae qui consurgitis mane ad aebrietatem sectandam et potandum usque ad uesperam ut uino estuetis cithara et lira et timpanum et tibia. et uinum in conuiuis uestris et opus domini non respicietis et opera manuum eius non consideratis {Is 5, 11–12} respondebit. In die illa non sum medicus et in domu mea non est. panis neque uestimentum nolite me constituere principem populi {Is 3, 7} quanti panem non habentes et uestimentum cum ipsi esuriant. et nudi sint nec habeant. spiritales cibos neque christi tunicam integram seruabunt. Aliis alimoniam et uestimentum promittunt. et pleni uulneribus medicos se esse iactant. popule meus qui beatum te dicunt. ipsi te decipiunt. {Is 3, 12} falsi sacerdotes et adultores populum peccantem quoniam non arguant decipiunt. dicentes bonum malum et malum bonum lucem tenebras et tenebras lucem {Is 5, 20} quare atterritis {atterritis *corr.*} populum meum et facies pauperum commolitis {Is 3, 15} principibus aecclesiarum {aeccles *with macron over es*} dicit [f. 3r] qui atterant subiectam sibi plebem et pauperes delinquentes puplice {publice *corr.*} arguant atque confundunt. diuitibus autem maiora peccantibus ne muttum {*sic*} quidem facere audiant. {*sic*} rapina pauperum in domibus uestris {*sic*} eorum est quando replent thesauros suos et aecclesiae opibus abutuntur in dilicias publicasque stipes quae ad sustentationem pauperum date sunt uel sibi reseruant. uel suis propinquis distribuunt. et alienam inopiam suas suorum quae {suorumque *corr.*} faciunt. faciunt

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

{sic} esse diuitias. Uae qui dicitis malum bonum et bonum malum ponentes tenebras lucem et lucem tenebras ponentes amarum in dulcem et dulcem in marum {sic} {Is 5, 20} eiusdem criminis est bonum lucemque et dulce contrariis uocare nominibus cuius malum tenebras et amarum uocabulis appellare uirtutum hoc contra eos qui peccatum non putant si bono detrahant et non aestimant esse delictum si laudent malum sed et hoc possumus dicere quod omnia contraria dogmata ueritati amara sint et sola dulcis ueritas. Unde cauendum est ne pro ueritate sequamur mendacium ne pro lumine tenebras multae enim sunt uiae quae uidentur hominibus recte et nouissima earum perueniunt. In profundum inferni. Uae qui sapientes estis in oculis uestris et coram uobismetipsis prudentes {Is 5, 21} qui uobis inquit ipsis uidemini esse sapientes qui prudentiam non dei sequimini sed hominum et cum non recipiatis dei uirtutem deique sapientiam putatis uos esse sapientes

Source

HIER. Commentarii in Isaiam 2.2, 2.46, 2.12, 2.16, 2.52, 2.18, 2.52–53

preter uictum et uestitum et manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas ne filiorum panem canes comedant uerum christi templum anima credentis est illam Exorna illam uesti illi offer donaria in illa christum suscipe quae utilitas parietes fulgere gemmis et christum In pauperem fame mori iam non sunt tua quae possides dispensatio tibi credita est. Memento ananiae et saphire illi sua timide seruauerunt [f. 3v] tu considera. ne christi substantiam imprudenter effundas id est ne inmoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus.

Note: there is no break in the text between the conclusion of the preceding text and the beginning of this one.

Source

HIER. Epistula 58, 6.4–7.1

Quod summi sacerdotes dei sanctus elarius {helarius *corr.*} et sanctus martinus et sanctus paulinus suis exemplis ostenderunt quia expedit sacerdoti et proprias res perfectionis amore contempnere et facultates aecclesiae dispensandas possidere tamquam communes et deo per rationem reddendas quia elarius {helarius *corr.*} et paulinus intenti a predia quae habuerunt uendita pauperibus erogarunt et ipsi tamen cum merito perfectionis suae facti sunt episcopis quod tunc habebunt {habebant *corr.*} aecclesiae non solum possiderunt sed etiam accep[ati]tis {acceptis *corr.*} numerosis he fidelium hereditatibus ampliauerunt. Unde datur intellegi quod tanti ac tales uiri qui uolentes fieri christi discipuli renuntiauerunt quae habebant omnibus non ut possessores sed ut procuratores facultates aecclesiae possedebunt {possedebant *corr.*} quia

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

sciebant non aliud esse res aecclesia? nisi uota fidelium pretia peccatorum et patrimonium pauperum non eas uindicauerunt. in usus suos ut proprias sed ut commodatas pauperibus diuiserunt hoc est possidendo contempnere non sibi sed aliis possidere nec habendi cupiditate aecclesie facultates ambire sed eas pietate subueniendi suscipere quod habet aecclesia cum omnibus nihil habentibus habere cummune nec aliquid inde eis qui sibi de suo sufficiunt erogares quando nihil aliu[d si]t habentibus dare quam perdere;

Source *IULIANVS POMERIVS De vita contemplativa 2.9*

Cum quo damno animae suae ab aecclesia quae pauperes pascit accipiunt illi qui sibi de suo uiuere possunt intellegunt. Non enim illi qui sua possidentes dari sibi aliquid uolunt ab aecclesia sine grande peccato suo. Unde raper {sic} uicturus erat. accipiunt. quia de ipsis propheta dicit [f. 4r] peccata populi mei comedunt {Os 4, 8} sicut enim nihil habentes proprium non peccata sed alimenta quibus indigere uidentur accipiunt. Ita possessores non alimenta sed aliena peccata suscipiunt ipsi quoque pauperes si se possunt suis artificiis aut laboribus non presumant quod debet debilis aut infirmus suscipere.

Source *IULIANVS POMERIVS De vita contemplativa 2.10.1*

Nomine¹ domini nostri iesu christi ego carlmanus dux et princeps francorum anno ab incarnatione christi septingentissimo XLII. XI kalendas maias cum consilio seruorum dei et optimatum meorum episcopos qui in regno meo sunt. cum presbiteris et concilium et synodum pro timore christi congregauit. Id est bonifatium archiepiscopum et burghardum et regenfridum et huuitanum et uuillabaldum et dadanum et dadanum {sic; possibly written over erasure} cum presbiteriis eorum ut mihi consilium dedissent quomodo lex dei et aecclesiastica relegio recuperetur quae in diebus preteritorum principum dissipata corruit et qualiter populus christianus ad salutem animae peruenire possit et per falsos sacerdotes deceptus non pereat et per consilium sacerdotum et optimatum meorum ordinauimus per ciuitates episcopos et constituimus super eos archiepiscopum bonifatium² qui est misus sancti petri statuimus per annos singulos synodum congregare. Ut nobis presentibus canonum decreta et aecclesiae iura restaurentur et relegio christiana emendetur et fraudatas pecunias aecclesiarum aecclesis {aecclesiis corr.}

¹ quaer[ere] in hac libraria librum M.14 folio 34 Pacius *add. mg.*

² non bonifatius constituitur archiepiscopus anno 742 per carlmannum *add. mg.*

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

restituimus et reddimus. {reddidimus *corr.*} falsos presbiteros et adulteros uel fornicatores diaconos et clericos de pecuniis aecclesiarum abstulimus et degradauimus et ad poenitentiam coegimus.

Serui dei per omnia omnibus armaturam portare uel pugnare aut in exercitum [f. 4v] et in hostem pergere omnino prohibuimus nisi illi tantummodo qui propter diuinum mysterium misarum scilicet solemnias adimplenda et sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt.

Id est unum uel duos episcopos cum capellanis praesbiteriis princeps secum habeat et unusquisque perfectus {unum *add. sup. lin.*} presbiterum qui hominibus peccata confitentibus iudicare et indicare poenitentiam possint. Nec non et illas uenationes et siluaticas uagationes cum canibus omnibus seruis dei interdiximus. Similiter ut acceptores et uualcones non habeant.

Decreuimus quoque sanctorum canones. Ut unusquisque presbiter in parrochia {*sic*} habitans episcopo subiectus sit illi in cuius parrochia {*sic*} habitat. Et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui. Siue de baptismo siue de fide catholica siue de precibus et ordine misarum episcopo reddat et ostendat. Et quodcumque iure canonico episcopus circumeat parrochiam populos ad confirmandos. Presbiter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione et adiutorio populi qui ibi confir {confirmari *corr.*} debet;

ET in cena domini semper nouum crisma³ ab episcopo querat. Ut episcopum testis adsistat castitatis et uitae et fidei et doctrine illius.

Statuimus ut secundum canonicam cautellam. Omnes undecumque superuenientes ignotos episcopos uel presbiteros ante probationem synodalem in aecclesiasticum ministerium non admitteremus.

Decreuimus ut secundum canones unusquisque episcopus In sua parrochia sollicitudinem adhibeat adiuuante grauione qui defensor aecclesiae est.⁴ Ut populus dei paganas non faciat. Sed ut omnes spurcitas gentilitatis abiciat et respuat siue sacrificia mortuorum siue sortilegos uel diuinos siue filacteria et auguria siue Incantationes siue hostias immolaticias quas stulti homines iuxta aecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum uel confessorum deum et

³ non nouum crisma in cena domini *add. mg.*

⁴ non grauio est defensor ecclesie quem [...] appellamus *add. mg.*

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

suos sanctos ad iracundiam prouocantes siue illos sacrilegos ignes quos niedfyr uocant. Siue omnes quecumque sint paganorum obseruationes diligentes prohibeant

Statuimus similiter ut post hanc synodum quae fuit XI kalendas maias ut quisquis seruorum dei uel ancillarum christi in crimen fornicationis [pre]lapsus {lapsus *corr.*} fuerit quod in carcere poenitentiam faciat in pane et aqua et si ordinatus presbiter fuisset duos annos in carcere permaneat et antea flagellatus et scorticatus uideatur et post episcopus adaugeat. Si autem clericus uel monachus In hoc peccatum ceciderit. Post tertiam ueruationem {sic} in carcerem misus uertentem annum ibi paenitentiam agat Similiter et nonne uelatae eadem penitentia conteneantur et radantur omnes capilli capitis eius.

Decreuimus quoque ut presbiteri uel diaconi non sagis laicorum more. Sed casulis utantur ritu seruorum dei et nullus in sua domum mulierem habitare permittat. ET ut monachi et ancille dei monasteriales iuxta regulam sancti benedicti ordinare et uiuere uitam propriam gubernare studeant.

Source

CGRM.742

DE ALIO SYNODALI CONUENTU

Modo autem in hoc synodali conuentu qui congregatus est ad kalendas martias in loco qui dicitur liftinas. Omnes uenerabiles sacerdotes dei et comites et prefecti prioris synodus decreta consentientes firmauerunt se inplere uelle et obseruare promiserunt et omnes {omnis *corr.*} aeccleastici {sic} ordinis clerus episcopi et presbiteri et diaconi cum clericis suscipientes antiquorum patrum canones. promiserunt se uelle aecclesiastica iura moribus et doctrinis et ministerio recuperare. Abbates et monachi receperunt sancti patris benedicti ad restaurandam normam regularis uitae fornicatores et adulteros clericos qui sancta loca uel monasteria ante tenentes coinquinauerunt. Praecipimus inde tollere et ad poenitentiam redigere. Et si post hanc definicionem in crimen fornicationis uel adulterii ceciderunt. Prioris synodus iudicium sustineant. Similiter et monachi et none.

Statuimus quoque cum consilio seruorum dei et populi christiani propter imminentia bella et persecutiones ceterarum gentium quae in circuitu nostro sunt ut sub precario et censu aliquam partem aecclesialis pecuniae in adiutorium exercitus nostri. Cum indulgentia dei aliquanto

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

tempore retineamus. Ea conditione ut annis singulis de unaquaque casata solidus Id est duodecim denarii ad aecclesiam uel ad monasterium reddatur. Eo modo ut si moriatur ille cui pecunia commodata fuit aecclesia cum propria pecunia reuestita sit. Et iterum si necessitas cogat ut princeps iubeat precarium renouetur et rescribatur nouum et omnino obseruetur ut aecclesiae uel monasteria penuriam et paupertatem non patiantur quorum pecunia in precario praestita sit. Sed si paupertas cogat aecclesiae et domui dei reddatur integra possessio.

Similiter precypimus {sic} ut iuxta decreta canonum adulteria et incerta matrimonia quae non sint {legitima add. infer. mg.} prohibeantur et emendentur episcoporum iudicio et ut mancipia christiana paganis non tradantur

Decreuimus quoque quod et pater meus ante praecipiebat ut qui paganas obseruationes in aliqua re fecerit multetur et damnetur quindecim solidis

Source

CEST.743

GREGORIUS DIXIT

Mos autem sedis apostolicae est ut ordinatis episcopis precepta traderent ut ex omni stipendio quod accidit IIII debeant esse portiones una uidelicet episcopo et familiae propter hospitalitatem atque susceptionem alia clero tertia pauperibus quarta aecclesiis reparandis;

Source

DGRE.590.1843, c. 1

HIERONIMUS AIT

Omnes igitur qui stipe templi et his quae conferuntur ad usus aecclesia abutuntur In aliis rebus quibus suam expleant uoluntatem similes sunt scribarum et sacerdotum redimentium mendacium et sanguinem saluatoris primum docent omnes gentes deinde docristos {sic} intingunt aqua non enim potest fieri ut corpus baptismi recipiat sacramentum nisi anima ante susciperit fidei ueritatem;

Source

HIER. Commentarii in Mathaeum 28.12–19

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

Nomina episcoporum qui misi sunt a romana urbe ad predicandum in gallia Toronicis catianus episcopus arelatensibus trophimus episcopus. Narbone paulus episcopus tolosae saturninus episcopus parisiacis dionisius episcopus. aruernis stremonius episcopus. Lemouicinis martialis destinatus est episcopus;

Source

GREG.TVRON. Decem libri historiae 1.30

Nomina episcoporum seu abbatum qui apud uillam publicam attiniacum pro causa reigionis ac salute animarum congregati synodali conuentu inter cetera salubriter sapienterque definita Hoc quoque communi cunctorum decreto statuerunt ut unusquisque illorum quorum nomina in hoc in diluculo subter scripta reperiuntur quando quislibet de hoc s?culo migrauerit centum psalteria et presbiteri eius speciales misas centum cantent. Ipse autem episcopus per se XXX misas impleat. Nisi infirmitate aut aliquo inpedimento prohibeatur. Tunc roget alterum episcopum pro se cantare abbates uero qui non sunt episcopi rogent episcopos ut uice illorum ipsas XXX misas expleant et presbiteri eorum centum misas et monachi centum psalteria psallere meminerunt. Hrodegangus episcopus ciuitatis mettis. eddo episcopus ciuitatis stradburgo. lullo episcopus ciuitatis maguntiacy. lupus episcopus ciuitatis senonis. baldeberhtus episcopus ciuitatis baselae. uulframnus episcopus ciuitatis meldis. remedijs uocatus episcopus ciuitatis rodoma. maurinus episcopus ciuitatis eboracas. genbaudus episcopus ciuitatis laudumo. hildigangus episcopus ciuitatis suaseonis. athalfridus episcopus. ciuitatis nouionis megingozus episcopus ciuitatis uuirziaburgo. uuilliharius episcopus de monasterio sancti maurici folcricus episcopus ciuitatis tungrijs. theodulfus episcopus. de monasterio laubicis hiddo episcopus ciuitas agustoduno. yppolitus episcopus de monasterio. eogendi. Iacob episcopus de monasterio gamundias. gaucilenus episcopus ciuitas celmanis. Iohannis episcopus ciuitate constantia. uuillibaldus episcopus de monasterio achistadi madalfeus episcopus ciuitatis. uurdunis. {uuiridunis *corr.*} Harifeus episcopus ciuitatis bisentionis. leodeningus episcopus ciuitas baiogas. Eusebius episcopus ciuitatis toronis. tello episcopus ciuitas coeradiddo mauriolus episcopus ciuitas andecauis. Fulradus {Fulradus *preceded by a cross*} abbas de monasterio sancti dionisio. lantfridus abbas de sancto germano. Iohannis abbas de sancto flodoaldo. druhtgangus abbas de gemedico uuithlecus abbas de funtanellas. uuitmarus abbas de centula. leodharius abbas de corbeia manase abbas de flauiniaco. Asinarius abbas de noualicio. uualdo abbas de sancto iohanne. Fabigaudus abbas de busbrunno. godobertus abbas de rasbacy athalbertus abbas de

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

fabarias uidadrus abbas de sancta columba ebarsindus abbas de aldaha geraus abbas de niuiella.
ragingarius abbas de utico.

Source *CATT.762*

Forsachistu⁵ diabolae. et respondeat. ec forsacho diabolae end allum diabolgeld? respondeat. end
ec forsacho allum diobolgedae end allum dioboles uuercum ende uuoden ende saxnote ende
alleum them unholdum the hira genotas sint gelobistu in got⁶ alamehtigan fadaer ec gelobo in got
alamehtigan fadaer gelobistu in crist godes suno ec gelobo in crist gotes suno. gelobistu in
halogan gast ec gelobo in halogan gast.

Source *Old Saxon profession of faith*

De sacrilegio ad sepulchra mortuorum.

De sacrilegio super defunctos id est dadsisas.

De spurcalibus in februario

De casulis {sic} id est fanis.

De sacrilegiis per aeccelsias

De sacris siluarum quae nimidas uocant

De hiis quae faciunt super petras

De sacris. mercurii. uel. iouis

De sacrificio quod alicui sanctorum

De filacteriis et ligaturis

De fontibus sacrificiorum

De incantationibus

⁵ Abrenuntiatio diaboli lingua teotisca ueteri *add. mg.*, followed by further text which has been erased: edita in Holsteni schedis Concil. T. VIII p. 278

⁶ Professio fidei. ut supra *add. mg.*

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

De auguriis uel auium uel equorum uel bouum stercore uel sternutationes

De diuinis uel sortilogis

De igne fricato de ligno id est nodfyr

De sbro {sic} animalium

De obseruatione pagana in foco uel in incoatione rei alicuius

De incertis locis quae colunt pro sacris

De pentendo {petendo *corr.*} quod boni uocant sanctae mariae

De feriis quae faciunt ioui uel mercurio

De lunae defectione quod dicunt uinceluna.

De tempestatibus et cornibus et cocleis

De sulcis circa uillas

De pagano cursu quem yrias nominant scisis pannis. uel calceis

De eo quod sibi sanctos fingunt quoslibet mortuos

De simulacro de consparsa farina

De simulacris de pannis factis

De simulacro quod per campos portant

De ligneis pedibus uel manibus pagano ritu

De eo quod credunt quia faminae {feminae *corr.*} lunam comendet quod possint corda hominum tollere iuxta paganos

Source

Indiculus superstitionum et paganiarum

Fili hominis speculatorem posui te in populo meo audiens ergo ex ore meo sermonem adnuntiabis eis ex me non ex te. Si me dicente ad impium impie morte morieris. Non fueris

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

locutus ut se custodiat impius a uia sua ipse impius in iniquitate sua morietur. Sanguinem autem eius de manu tua requiram. {Ez 33, 7–8; cf. 3, 17–18} Si autem adnuntiaueris impio et ille non fuerit conuersus ab impietate sua et uia sua impia ipse quidem in iniquitate sua morietur. Tu autem animam tuam liberasti sed et si conuersus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem ponam offendiculum coram eo ipse morietur quia non adnuntiasti ei in peccato suo morietur et non erunt in memoria iustiti? eius quas fecit sanguinem uero eius de manu tua requiram [f. 8r] Si autem tu adnuntiaueris iusto ut non peccet iustus et ille non peccauerit uiuens uiuet quia adnuntiasti ei et tu animam tuam liberasti. {Ez 3, 19–21}

Uidete. filii carissimi quale nobis incumbit periculum si tacemus Absit Absit Ut nostrum silentium uestrum fiat exitium. Si uos amamus prodere debemus quod laedit ne ueniat quod occidit ergo diligenter aduertite uoces dei nostri quibus uos uetat a coniugiis criminalibus ut uiuatis aeternis eius muneribus Clamat ecce deus noster et humane libidinis inlicitam rabiem praeuidens contestatur. Ne quis polluat cum matre Non cum nouerca. Non cum sorore ex patre nata. Non cum sorore ex matre nata. Siue intus siue foris nata sit Non cum filia filiae. Non cum nepte ex filia nata. Non cum filia nouercae. Non cum sorore patris. Non cum sorore matris Non cum uxore patri. Non cum nuri. Non cum uxore fratris. Non cum filia uxoris. Non cum filia filii uxoris tuae. Non cum filia fili? eius. Non cum sorore uxoris tuae. Non cum menstrata {menstruata *corr.*} muliere Non cum uxore proximi. Non cum duabus simul mulieribus Siue ancillae sint siue liberae. Seu libera et ancilla;

Non cum masculo coitu faemineo. Non cum pecore aliquo. Non cum socri tua. Non mulier succumbat. iumento. Non uir cum filia et matre Non cum uxore auunculi tui. Dicit etiam de sacerdote futuro. Non cum repudiata a marito. Non cum scorto. Non cum uidua sed uirgine;

Ecce carissimi qualem ad uos legationem perferimus non cuiuscumque qui pretio possit redimi sed cuius sanguini pro uobis fuso estis obnoxii. Ammonemus sanctitatem uestram uiuete {sic} cum coniugibus licitis [f. 8v] uiuete {sic} continenter nemo se ulterius inlicitis maculet Nemo talibus sociatus ante poenitent[iae] dignum seruitium ad tanti domini corpus accedat ne non remedi[um] sed uulnus accipiat quia quod indigne sumitur poena est non me[de]la carissimi homines sumus pleni squaloribus et tamen nolumus ab inquinatis membra nostra contingi et credimus quod unigenitus {dei *add. sup. lin.*} filius nostrorum criminum sordes in suum corpus libenter excipiat. Fratres ecce rex noster qui nos dignos hac legationem credidit post nos

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

continuo sequitur paremus ei mundas domus nostras. Si eum in ipsis corporibus nostris uolumus habitare

ALLOQUUTIO SACERDOTUM DE CONIUGIIS INLICITIS AD PLEBEM

Note: the rubric title follows rather than precedes this text.

Source ANON. *Alloquutio sacerdotum de coniugiis inlicitis ad plebem*

Rogamus uos carissimi filii rogamus uos uiscera sanctae matris aecclesiae ut qui soletis leges saeculi formidare legem dei nostri audire patienter dignimini {sic} ille est qui ad uos per nostrae linguae seruitium loquitur; cuius paulo ante paschalia beneficia caelebrastis qui unigenito suo inter manus persequentium parcere noluit ut nos in hereditatem adscriberet filiorum. Si agnouistis quantum nobis munus in passione eius praestitum celerius ipsius audite praeceptum. Ne dum iussionibus eius inoboedientes existimus ingrati beneficiis iudicemur. Non est dubium filii carissimi esse quosdam atque utinam paucos qui de nostra neglegentia conquerantur quare tardius salutis uestrae remedia praedicamus quorum tamen iustis dolor est. Si uel modo uoluerint facile percipere medicinam. Nam qui nec tardius curari se patitur [f. 9r] de medici tarditate quid queritur immo quanto longior praecessit infirmitas tanto maior succedere debet humilitas. Nam quis ferat egrotum superbum qui et incurrisse se causatur in egritudinem et non uult recipere sanitatem quam multos inuenimus filii carissimi qui cum turpiter uiuant tamen calumniantur dicentes quare tardius christus aduenerit quare tot milia hominum ante incarnationem suam perire perpessus sit. Horum si querellam recipimus etiam post tanti manus medici necesse est egrotemus Quid accusas homo solem iustitiae quod tardius ortus sit qui post ortum quoque eius in tenebris ambulat. an. quia frequenter nubes diutius occupant caelum. Non debemus gaudere redisse tranquillum quid fluctuaris frater quid fluctuaris inaniter. Ecce iam licet ad serenitatis quietem reuertit quid iterum scopulosa desideras nemo se in tempestate periturum retinere uoluit quia tardius portus occurrit

Source *unidentified*

Clemens iacobo carissimo in domino aeternam salutem. A sancto petro apostolo hoc praeceptum accepimus omnium apostolorum patre qui clauas regni caelorum promeruit quoniam cum aequitate et cum timore debemus tenere formam de sacramentis quae geruntur in sancta

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

sanctorum et enim nos debemus eos per omnia ex ordine instruere quibus modis salus nostra possit immaculata seruari. Tribus namque gradibus intra aecclesiam constitutis diuina commissa sunt sacramenta Id est praesbitero diacono et ministro qui cum timore et tremore reliquias corporis dominici custodire debeant [f. 9v] et fragmenta sacramentorum ne quid inlicitum aut situm in sacrario inueniatur domini ne quid cum neglegenter agitur in reliquias portionis corporis domini grauis inferatur iniuria. Communio enim corporis domini iesu christi si neglegenter agitur. Et presbiter ammonere minora non curet officia grauior? anathemate percussus pro iudicio et digna humilitate plaga dignissima feriatu certe tanta in sacrario holocausta offerantur quant[o] {quanta *corr.*} populo sufficiant ut presbiter sine culpa inueniatur. Reliquum in crastinum reseruetur. Et cum timore et reuerentia clericorum cauta diligentia consummetur qui autem residua corporis domini sacramenta quae in sacrario relicta sunt finiendam sumpserint. Non statim ad cybos communes conueniant nec arbitrentur sancto ac dominici corporis cybos esse miscendos communes ne forte per aliquam egestatem in secessum fundantur. Igitur si mane domini- ci corporis portio in sacrario finiatur usque in sextam horam ieiuent ministri qui haec consummauerint. Si tertia uel quarta sumpserint sacramenta ieiuent usque ad uesperum. sic. In timore et reuerentia sanctificationis aeternae mysteria custodienda sunt;

De uasis sane quae in sacrariis habentur ita gerendum est altaria candilabrum patenam calicem uel urceum cathedrum pallium et uelum uel omne quod in sacrario dei esse uidetur si uetustate senuerit incendio dentur quoniam non decet ea quae in sacrio sancto fuerint male tractari uel ad suos usos quemquam praesumere propterea incendio uniuersa tradantur cineresque eorum in baptisterium inferantur ubi nullus hominum habet transitum aut in parietibus aut in fossis pauimentorum ipsorum conspersae iactentur a {ac *corr.*} sepeliantur ne ab introeuntibus calcantur atque polluantur. Igitur iubemus ne quis per ignorantiam clericis {clericus *corr.*} puellam mortuam praesumat de palliis uel sindonibus. Seu. uelis obuoluere aut quaecumque corpus similiter nolicebit {sic} diacono exinde scapula sua operire maxime si etiam in altarium fuerit aut certe quae idcirco data est ut in domini mensa ponatur nouerit se qui haec fecerit uel leuiter se circa que dei sunt egerit et neglegenter habuerit diuina mysteria praecipuae diaconus tribus annis et sex mensibus a dominico altare esse alienum graui percussus anathemate.

Quod si clericum excidentem praesbiter non admonuerit X annis. et mensibus U sit excommunicatus propter quod dominicis sacramentis ne inferrent iniuriam subiecta sibi non

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

ammonuerit ministeria et postea cum gradi {grandi *corr.*} humilitate et poenitentia aecclesie altari reconcilietur. Pallia uero et uela quae in sacra suum fuerint inlata et a ministris sordidata diaconis cum ministris summa humilitate intra sacrarium a sordibus abluant. Non eicientes foras secretarium nec ubi uela dominici corporis male decidant Sindones similiter. si foris ablutae fuerint haec operanti erit peccatum. Idcirco praecipimus omnia ista esse intra secretarium et a ministris cum diligentia custodiri. Ita sane ut peluis conparetur nouae tibi {ibi *corr.*} labentur et preter haec nihil aliud tangat sed nec in ipsa pelue uelum apponatur lauandum quae ad dominici altaris pertinent Pallia similiter in alia belue {sic} lauentur. Item in alia pelue uel a nullis aliis usibus profutura. Item et ianuarum cura sit ostiariis et ammonitione maiorum suorum ne ad uelum ianae domus domini manus quisquam incognite tergat sed statim cum uisus quis fuerit correctus discat homo ipse quia uelum domus domini sanctum est. Item praecipimus ne cui extraneo a fide uel baptismo aecclesiae catholicae. Siue etiam laico de fragmentis domini ad edendum ponatur ad mensam. Unde enim scis tu qui passim sacrarii panes indignis ad edendum inpendis. Unde nusti {sic} si a mulieribus mundi sunt. Hoc enim et dauid ab abimelech interrogatur cum ab eo panes sibi posceret ad uescendum. Si mundus esset a muliere et cum se mundum ante triduum proferetur. Tunc sibi a sacerdote[s] {sacerdote *corr.*} panes propositionis traditos manducauit illud etiam praecipimus ut a ministris altaris dominici tali eligantur officia quae ante ordinationem suum coniugia iam cognoscere desierunt et omni continentia ac castitate ueridica fuerint conprobatu quod si intra ordinationem ministro contigerit proprietate uxoris inuadere cubile Secretarii non ingrediatur limina nec sacrificii dominici portio fiat sed nec altare contingat nec ab offerentibus holocausta oblationis quae suscipiat nec ad dominici corporis portionem accedat sed aquam a sacerdotum manibus porrigat foris ostia se retineat in minora redigatur officia. Orceolum sane ad salutare calicem non subministret quod sitan {si *corr.*} forsitan quispiam presbiter aut diaconus sacrarii sindonem sibi uelum subtractum uindiderit Iudae similis [f. 11r] aestimabitur quia propter auaritiam fecit hoc opus illicitum no uerit secum supradictum iudam suscepturam {suscepturum *corr.*} poenas aeternas; Clericus uero ad femina et tabernaculum non properet nec accedat sed neque sine maioris sui ac principis sui iussione aut presbiteri solus cum sola cum fabulari presumat sed duobus aut eribus {sic} testibus uisitet infirmam. Nemo tamen cum extera habitet foemina nisi forte soror aut proxima fuerit eius et hoc cum magna sollicitudine aecclesiastica inplenda sunt mysteria negotium enim dei non decet neglegenter impleri. Iterum atque iterum de fragmentis dominici corporis demandamus omni

Michael D. Elliot, December, 2011

Sententiae Bonifatianae Palatinae

horae {honoraē *corr.*} habenda ac summa custodia conseruenda. {conseruanda *corr.*} Calicem uero ad perferendum sanguinem domini praeparatum cum tota ministri munditiam custodiendum esse praecepimus necnon ablato calicae peccatum offerenti diacono fiat cum tota etenim honestate omnique cura debent quae supra exposuimus ordinari. Idcirco tales clerici eligantur ad ministerium qui digne possint sacramenta tractare dominica. Igitur melius est sacerdotes domini paucos habere ministros qui possint digne opus domini exercere quam multos habere inutiles qui honus graue suis induant {*sic*} ordinatoribus His ergo praeceptis atque sententiis bene parate per omnia sed ne quisquam hoc praeceptum a me uobis traditum minus credat inplendum nouerit se aeterni ignis poenas subiturum quisquis aeclesiastici operis sacramenta neglexerit.

Haec igitur pater iacobae de ore sancti ac beatissimi patris petri apostoli principis nostri iubentis audiui a principio epistulae usque in hunc locum de sacramentis deligauit bene utendi ut neque murum stercora neque ullius alterius rei contagia inter fragmenta dominicę portionis appareant ne quid sitatum {*sic*} per negligentiam clericorum inter sacramenta remaneant et conuenientes qui accipere sibi medicinam huius sacramenti desiderant sitatum {*sic*} cum uiderint non medicinam sibi accipere sed ridiculum aliquod cum fastidio uideantur assumere et hoc in peccatum decidat per negligentiam clericorum his qui praeesse uidentur aeclesiae. Si quis haec praecepta non integre custodierit. sit anathema usque ad aduentum domini nostri iesu christi. Haec praecepta ut superius dixi a sancto hac {*sic*} beatissimo petro apostolo accepi et tibi pater carissimae insinuare curauit ut obseruari omnia praecipias sine macula. Si quis audierit utilis erit et minister christi iudicabitur Qui autem audierit te immo petrum et me et dominum loquentem per temetipsum damnationem sibi accipiet;

EXPLICIT DEO GRATIAS

Source

DCL.E.88.†11 (variant version)